

UTILE, ET EGREDIMINI AD ME. Isaias cap. 56, v. 16: *Facite mecum benedictionem.* Ubi non petit homo superbissimus Rabsaces à Judæis, secum ut liberales sint, sed potius ut ita se gerant, ut à seipso vel ab Assyrio rege benedictionem obtinere, id est, honestè accipi, et liberali atque benignè manu tractari mereantur. Quod ex hoc capite non obscurè liquet, quem locum ita Septuaginta vertunt: *Si vultis benedici.* Benedictio itaque eo loco apud Isaiam passivè sumitur, hoc sensu; Ita accipite oblatam à rege conditionem et fidem, ut ab eo gratiam ineatis, propter quam in vos possit esse beneficus (1).

(1) VERS. 52. — DONEC VENIAM, ET TRANSFERAM VOS IN TERRAM, QUÆ SIMILIS EST TERRE VESTRÆ. Ita vobiscum se geret Sennacherib, ut cum cæteris devotis gentibus: sedes mutabit vestras, atque aliò vos transferet; si verò spontaneam feceritis dejectionem, ejus nomine spondeo commodam regionem, ejus fecunditati soli vestri ex æquo respondeat. Accidit profectò vicis gentibus commodissimum ac gratissimum, si ad miorenem lenioremq; captivitem redigantur. Verbis hisce satis indicat Rabsaces, nullam aliam esse, quam sibi eligant Hebræi partem, nisi ut totos se permittant arbitrio Sennacheribi. (Calmet.)

VERS. 54. — UBI EST DEUS EMATH ET ARPHAD? Miram impudentiam hominum ethnicorum, qui de numinibus ita loquuntur, ita se committunt, illis gerunt tanquam cum parvis puticulis mortalibus! Insultant eorum imbecillitati, tanquam vicis, seque ipsos impudentissimè extollunt supra devota hæc nomina, atque extremo contemptu illa traducunt, narrat Suetonius in Caio capite 5: « Quo defunctus est deus (Germanicus) lapidatus esse templa, subversas deorum aras; lars à quibusdam familiaribus in publicum abjectos, partus conjugum expositos. » *Idolum quidem nihil est in mundo,* ut docet Apostolus: neque immeritò principes isti insultassent vanis hisce deorum ludibriis, si quidem vanitatem illorum et villitatem viderent. Sed nomina esse fatentibus nonne pœnulum erat injuriis illa et probris afficere? An citra sacrilegium projicere illa in ignem et subvertere fas erat, uti factum reipsè constat? Emath ipsa est Emesa; Arphad, insula Aradus, vel urbis ejus nominis, è regione insulae, in continenti.

UBI EST DEUS SEPHARVAIM, ANA ET AVA? NUMQUID LIBERAVERT SAMARIAM DE MANU MEA? Nusquam alibi legitimus Sennacheribum subjecisse Samaritanos. Commodè igitur reddi potest textus: *Dii Sefarvaim, Ana et Ava, illos non à manu meâ eripuerunt?* An liberarunt eas gentes, quæ hodie incolunt Samariam? Vel fortè Sennacherib sibi arrogat victorias à patribus suis relatas. Capite sequenti, datis Lobna ad regem Ezechiam litteris, Sennacheribis victoriarum suarum honorem in patres suos refert. Animadvertere etiam licet supra, 17, 26, viros illos, qui Asarhaddon renuntiavit, Samariam totam legionibus infestam effici, ita illum allocutos: *Gentes, quas transtulisti et habitare fecisti in civitatibus Samariæ, etc.,*

VERS. 37. — VENITQUE ELIACIM FILIUS HELCIE,

GENES HABITAVIT IN CIVITATE SAMARITANORUM,

quoniam constat, coloniam hanc, saltem ex parte, à Salmanasaro diu antea ductam fuisse. Cum Rabsaces loquentem induci in Paralipomenis Sennacheribum, illum quidem non ita gloriantem ponit, quasi ipse omnes illas gentes superarit, sed tantum devotas illas fuisse gloriarum à patribus suis. Itaque hic locus paraphrasticè reddi potest ita: Ubi sunt Dii Sefarvaim, Ana, Ava et Samaria? An devotas sibi gentes à manu meâ, vel patrum meorum subducere valuerunt? En tertiam aliam conjecturam in eundem textum: Gentes Sefarvaim, Ana et Ava, inviti in Samariam translati, vixerunt ibi aliquandiu sub imperio et servitute regum Assyriæ; deinde exemplo vicinarum omnium gentium, Judæorum, Ægyptiorum et Arabum, jugum ipse pariter excusserunt: verum Sennacherib ex Assyriâ movens, ad pristinum imperium et obedientiam illos redegit. Merito igitur ille arrogare sibi poterat: An dii Sefarvaim, Ana et Ava, Samariam novosque incolas suos à dextera mea robore tueri poterè? Cum tamen hæc hypothesis nullo historico monumento firmetur, notat. Ana urbs est facillè ejusdem nominis, quæ adhuc superest, quatuor dierum itinere à Bagdad, occupatque utramque Euphratis ripam, ita firmè, ut Lutetia Parisiorum jacet ad Sequanam: in insula in medio anis, magnifici operis moschæa erigitur. Solum urbi circumjacens ad dimidium leucæ cultissimum est, cætera deserta. Apud Isaiam 36, 19, ubi hic de re agitur, nomina Ana et Ava non leguntur, sed occurrunt in litteris Sennacheribi ad Ezechiam ibidem 37, 43, recitatis.

Hæc sunt quæ quis attulit pro asserendo opinione certis quibusdam locis nomina hæc Ana et Ava adscribente. Sed non minoribus fulcitur argumentis opinio, quæ designari hæc idola quædam contendit; reddi enim Hebræus potest: *Ubi est Deus Arphad, ubi est Deus Sefarvaim, Ana et Ava?* ac si ambo hæc nomina Ana et Ava à Sefarvatis colerentur. Nec alia sunt facillè nomina quam quæ superioribus, 17, 51, in Scripturâ commemorantur *Aramelech et Anamelech dii Sefarvaim,* quibus, ait Scriptura, *Sefarvata comburebant filii igni.* Eo in loco demonstravimus nomina hæc Anamelech et Aramelech *rex benignus,* quæ designare: est enim Aramelech *rex magnificus,* nempè sol; Anamelech *rex benignus,* nempè luna, quam religioso cultu dignam Orientales arbitrantur. Expositioni huic favent ea quæ leguntur inferius, 19, 15, et Isaiæ 15: *Ubi est rex Emath et rex Arphad, et rex civitatis Sefarvaim, Ana, et Ava?* Est enim ibi rex positus pro idolo sive Deo. Capit. 18, 34: *Ubi est deus Sefarvaim, Ana et Ava, rex et regina celi, Anamelech et Aramelech?* Hebræi facillè nunimibus hisce nomina Ana et Ava deridiculis imposuerunt; reddi enim prius illud potest, *officium, defectus;* alterum verò *injustus, perversus.* Amabant enim Hebræi probrosius hæc appellationibus gentium nomina traducere: ita pro Mephiboseth et Meriboseth pronuntiabant Miphioseth et Meriboseth: est enim *B. est* confusio, probrum, etc., et cum vox *Bethel* sit domus Dei, locum illum mutatà appellatione, tunc vocarunt Bethaven, domus iniqui-

etc., scissis vestibus (1). Cum Judæi blasphemiam contra Deum audirent, conceptum ex eâ dolorem vestium laceratione significabant: ut

tatis, ex quo Jeroboamus alterum ex aureis vitulis ibidem constituit. Haud absimili exemplo vocem *Melech*, sonantem *regem*, in Ana et Ava transmiserunt. Ad urbem *Ana* quod attinet, Carolus parochus de *Bellium La Pica* apud Carnutum admonuit me per litteras datas die 18 Julii 1724, urbem hæc jacere non quidem ad utramque oppositam ripam Euphratis, sed totam ad unam ripam, cum unico conspecto in longum satis producto tota constet. Porro de urbe *Ana* vide finem, Missionar.

Arphad verò, de qua in hoc ipso Regum versiculo, credo esse Baphan vel Rapanianam in Syriâ, quæ de re vide Dictionarium meum Biblicum.

VERS. 56. — TACUIT ITAQUE POPULUS. Scribit Isaias 36, 21, tres viros à rege missos tacuisse, quod ita illis fuisset à rege imperatum, ut

NON RESPONDERENT EI. Cur? — Resp. primo S. Cyrillus Alexandr. in cap. Isaiæ citatum: « Quia, inquit, imperiis sermonibus, et facti barbarico, linguaque contra Deum pecculantibus illicyriari potius, quam reclamare oportuit. » Respondet secundo Procop. ad locum citatum Reg. « Nilil, inquit, ad blasphemias istas responderi passus est pius rex, ne ad majores provocaret. » Respondet tertio Abulensis ibid. q. 44: « Quia ad homines ita ferent praudenter, ordinatè et cum maturacione; si autem quilibet de populo

## CAPUT XIX.

1. Quæ cum audisset Ezechias rex, seidit vestimenta sua, et opertus est sacco, ingressusque est domum Domini.

2. Et misit Eliacim, præpositum domus, et Sobnam, scribam, et senes de sacerdotibus, opertos saccis, ad Isaiam prophetam filium Amos;

3. Qui dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, et inerepationis, et blasphemie, dies iste: venerunt filii usque ad partum, et vires non habet parturientis.

4. Si fortè audiat Dominus Deus tuus universa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, ut exprobraret Deum viventem, et argueret verbis, quæ audivit Dominus Deus tuus; et fac orationem pro reliquiis quæ reperta sunt.

5. Venerunt ergo servi regis Ezechias ad Isaiam.

6. Dixitque eis Isaias: Hæc dicitis domino vestro: Hæc dicit Dominus: Noli timere à facie sermonum quos audisti,

fecit pontifex Mathæi 26, ut ostenderet se à Christo audisse blasphemiam; et Jerem. cap. 56 graviter notatur, qui cum viderent legis volumen lacerari et comburi, non sciderunt vestimenta sua. Quod etiam in gravi aliquo dolore et luctu faciebant Hebræi. Sic David 2 Reg. 1, audita Saulis et Jonathan caede, et cap. 5 in exequiis Abner; sic Jacob Genes. 37, cum existimavit mortuum esse Joseph. Fuit ergo Ezechias legis duplex causa cur ad dominum suum scissis rediret vestibus, ut et populo ostenderet impiam Rabsacem blasphemiam in Deum exercuisse linguam, et eâ specie atque habitu, quem accepissent dolorem ex legatione infeliciter obitâ, significarent.

« posset respondere Rabsaci, sicut vellet, et esset quadam deordinatione magna, et posset irridere Rabsaces ordinationem quam habebat Ezechias in subditis et negotiis suis. »

(Corn. à Lap.)

(1) Auditis impiis Rabsacis verbis sciderunt vestes pro more, cum quid audiebatur horrendum, triste, vel Deo injuriosum. Exprobrat Scriptura regi Joachimò, equeque præfatis, quod non horruerint, neque sciderint vestes audita lectione minarum, quæ vaticinia Jeremie continebant. Princeps sacerdotum scidit vestes ad impias, ut ipse quidem aiebat, Jesu Christi voces. Nec aliter Ezechias se gessit, audito impio Rabsacis sermone, ut in sequenti capite. (Calmet.)

## CHAPITRE XIX.

1. Le roi Ezechias, ayant entendu ceci, déchira ses vêtements, se couvrit d'un sac et entra dans la maison du Seigneur.

2. Et il envoya Eliacim, grand-maître de sa maison, Sobna, secrétaire, et les plus anciens des prêtres, couverts de sacs, au prophète Isaié, fils d'Amos,

3. Qui lui dirent: Voici ce que dit Ezechias: Ce jour est un jour d'affliction, d'outrages et de blasphèmes; les enfants sont venus au terme, mais celle qui est en travail n'a pas assez de force pour enfanter.

4. Le Seigneur votre Dieu a sans doute entendu les paroles de Rabsacès, que le roi des Assyriens, son maître, a envoyé pour blasphémer le Dieu vivant, et pour lui insulter par des paroles que le Seigneur votre Dieu a entendues. Faites donc votre prière au Seigneur pour ce qui se trouve encore du reste de son peuple.

5. Les serviteurs du roi Ezechias allèrent donc vers Isaié;

6. Et Isaié leur répondit: Vous direz ceci à votre maître: Voici ce que dit le Seigneur: Ne craignez point ces paroles que vous avez en-



quibus blasphemaverunt pueri regis Assyriorum me :

7. Ecce ego immittam ei spiritum, et audiet nuntium, et revertetur in terram suam, et deiciam eum gladio in terrâ suâ.

8. Reversus est ergo Rabsaces, et invenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam : audierat enim quod recessisset de Lachis.

9. Cùmque audisset de Tharacâ, rege Æthiopiæ, dicentes : Ecce egressus est ut pugnet adversum te, et iret contra eum, misit nuntios ad Ezechiam, dicens :

10. Hæc dicite Ezechia regi Juda : Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam ; neque dicas : Non tradetur Jerusalem in manus regis Assyriorum,

11. Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum universis terris, quomodo vastaverunt eas : num ergo solus poteris liberari ?

12. Numquid liberaverunt dii gentium singulos quos vastaverunt patres mei, Gozam videlicet, et Haran, et Réseph, et filios Eden, qui erant in Thelassar ?

13. Ubi est rex Emath, et rex Arphad, et rex civitatis Sepharvaim, Ana et Ava ?

14. Itaque cùm accepisset Ezechias litteras de manu nuntiorum, et legisset eas, ascendit in domum Domini, et expandit eas coram Domino,

15. Et oravit in conspectu ejus, dicens : Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ, tu fecisti cœlum et terram :

16. Inclina aurem tuam, et audi ; aperi, Domine, oculos tuos, et vide : audi omnia verba Sennacherib, qui misit ut exprobraret nobis Deum viventem.

17. Verè, Domine, dissipaverunt reges Assyriorum gentes et terras omnium,

18. Et miserunt deos eorum in ignem (non enim erant dii, sed opera manuum hominum ex ligno et lapide), et perdidit eos :

19. Nunc igitur, Domine Deus noster, salvos nos fac de manu ejus, ut sciant omnia regna terræ quia tu es Dominus Deus solus.

tendues, par lesquelles les serviteurs du roi des Assyriens m'ont blasphémé.

7. Voilà que je lui enverrai un esprit de crainte et de frayeur ; et il apprendra une nouvelle, et il retournera dans son pays, et je l'y ferai périr par l'épée.

8. Rabsacès retourna donc vers le roi des Assyriens, et il le trouva qui assiégeait Lobna, car il avait su qu'il s'était retiré de devant Lachis.

9. Et lorsque Sennachérib eut entendu ce message au sujet de Tharaca, roi d'Éthiopie, disant : Voici qu'il s'est mis en campagne pour venir vous combattre, il résolut de marcher contre ce roi. Et il envoya auparavant ses ambassadeurs à Ezéchias avec cet ordre :

10. Vous direz à Ezéchias, roi de Juda : Que votre Dieu en qui vous mettez votre confiance ne vous séduise pas ; et ne dites point : Jérusalem ne sera point livrée entre les mains du roi des Assyriens,

11. Car vous avez appris vous-même ce que les rois des Assyriens ont fait à toutes les nations, et de quelle manière ils les ont ruinées : serez-vous donc le seul qui pourrez vous en sauver ?

12. Les dieux des nations ont-ils délivré les peuples que mes pères ont ravagés ? ont-ils délivré Gozan, Haran, Réseph, et les enfants d'Eden, qui étaient en Thelassar ?

13. Où est maintenant le roi d'Emath, le roi d'Arphad, le roi de la ville de Sépharvaim, d'Ana et d'Ava ?

14. Ezéchias ayant reçu la lettre de Sennachérib de la main des ambassadeurs, la lut, vint dans le temple, étendit la lettre devant le Seigneur,

15. Et fit sa prière devant lui en ces termes : Seigneur des armées, Dieu d'Israël, qui êtes assis sur les Chérubins, c'est vous seul qui êtes le Dieu de tous les rois du monde ; c'est vous qui avez fait le ciel et la terre :

16. Prêtez l'oreille, et écoutez ; ouvrez toutes les yeux, Seigneur, et considérez ; écoutez toutes les paroles de Sennachérib, qui a envoyé ses ambassadeurs pour blasphémer devant nous le Dieu vivant.

17. Il est vrai, Seigneur, que les rois des Assyriens ont détruit les nations, qu'ils ont ravagé toutes leurs terres,

18. Et qu'ils ont jeté leurs dieux dans le feu et les ont exterminés, parce que ce n'étaient point des dieux, mais des images de bois et de pierre, faites par la main des hommes :

20. Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Quæ deprecatus es me super Sennacherib, rege Assyriorum, audivi.

21. Iste est sermo quem locutus est Dominus de eo : Sprevit te et subsannavit te virgo filia Sion, post tergum tuum caput movit filia Jerusalem.

22. Cui exprobrasti, et quem blasphemasti ? contra quem exaltasti vocem tuam, et elevasti in excelsum oculos tuos ? Contra Sanctum Israel.

23. Per manum servorum tuorum exprobrasti Domino, et dixisti : In multitudine currum meorum ascendi excelsa montium in summitate Libani, et succidi sublimes cedros ejus et electas abietes illius. Et ingressus sum usque ad terminos ejus, et saltum Carmeli ejus

24. Ego succidi. Et bibi aquas alienas, et siccavi vestigiis pedum meorum omnes aquas clausas.

25. Numquid non audisti quid ab initio fecerim ? Ex diebus antiquis plasmavi illud, et nunc adduxi : eruntque in ruinam collium pugnantium civitates munitæ ;

26. Et qui sedent in eis, humiles manu, contremuerunt et confusi sunt ; facti sunt velut fœnum agri et virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem.

27. Habitaculum tuum, et egressum tuum, et introitum tuum, et viam tuam ego præscivi, et furorem tuum contra me.

28. Insanisti in me, et superbia tua ascendit in aures meas : ponam itaque circum in naribus tuis, et camum in labiis tuis, et reducam te in viam per quam venisti.

29. Tibi autem, Ezechia, hoc erit signum : Comede hoc anno quæ repereris, in secundo autem anno quæ spontè nascentur ; porrò in tertio anno, seminate, et metite, plantate vineas et comedite fructum earum.

30. Et quodcumque reliquum fuerit de domo Juda mittet radicem deorsum, et faciet fructum sursum ;

31. De Jerusalem quippe egredientur

49. Sauvez-vous donc maintenant, Seigneur notre Dieu, des mains de ce roi, afin que tous les royaumes de la terre sachent que c'est vous seul qui êtes le Seigneur et le vrai Dieu.

20. Alors Isaïe, fils d'Amos, envoya dire à Ezéchias : Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël : J'ai entendu la prière que vous m'avez faite touchant Sennachérib, roi des Assyriens.

21. Voici ce que le Seigneur a dit de lui : La vierge, fille de Sion, t'a méprisé et t'a insulté ; la fille de Jérusalem a secoué la tête derrière toi.

22. Qui as-tu insulté ? qui as-tu blasphémé ? contre qui as-tu haussé la voix et levé les yeux insolemment ? Contre le Saint d'Israël.

23. Tu as blasphémé le Seigneur par tes serviteurs, et tu as dit : Avec la multitude de mes chariots je suis monté sur le haut des montagnes, sur le sommet du Liban ; j'ai abattu ses superbes cèdres et les plus beaux d'entre ses sapins ; j'ai pénétré jusqu'à l'extrémité de ses limites, et sa forêt du Carmel.

24. Je l'ai abattue. Et j'ai bu les eaux étrangères, et par les traces de mes pas j'ai séché toutes les eaux fermées.

25. N'as-tu donc point oui dire ce que j'ai fait dès le commencement ? dès les jours anciens je l'ai résolu, et je l'ai exécuté maintenant : les villes fortifiées seront réduites en monceaux de ruines tombant les uns sur les autres.

26. Les mains de ceux qui étaient assis dedans ont été sans force ; ils ont été saisis d'effroi et couverts de confusion ; ils sont devenus comme le foin des champs, et comme la verdure des toits, qui se séchent avant de venir en maturité.

27. J'ai prévu de même ta demeure, ton entrée et ta sortie, le chemin par où tu es venu, et la fureur avec laquelle tu t'es élevé contre moi.

28. Tu t'es emporté contre moi, et ton orgueil est monté jusqu'à mes oreilles ; je te mettrai donc un cercle au nez et un mors à la bouche, et je te ferai retourner par le même chemin par lequel tu es venu.

29. Mais pour vous, ô Ezéchias, voici le signe que je vous donnerai du soin que je prends de vous protéger : Mangez cette année ce que vous pourrez trouver de reste ; la seconde année, année sabbatique, vous mangerez ce qui naitra de soi-même, selon l'ordonnance de la loi ; mais pour la troisième année, semez et re-



reliquiæ et quod salvetur de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet hoc.

32. Quamobrem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: Non ingreditur urbem hanc, nec mittit in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio:

33. Per viam quæ venit revertetur, et civitatem hanc non ingreditur, dicit Dominus.

34. Protegamque urbem hanc, et salvabo eam propter me et propter David servum meum.

35. Factum est igitur in nocte illâ, venit angelus Domini, et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Cùmque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum; et recedens abiit.

36. Et reversus est Sennacherib rex Assyriorum, et mansit in Ninive.

37. Cùmque adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech et Sarasar filii ejus percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Armeniorum; et regnavit Asarhaddon filius ejus pro eo.

VERS. 1. — *Quæ cum audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, et operatus est sacco. In dolore et luctu sacco assumi non solum inter Hebræos usitatum, sed etiam inter gentes. De Hebræis notius est quàm ut probari debeat, et docet satis hoc loco pius rex Ezechias et legati, qui etiam induti sacco ad Isaiam missi sunt. De gentibus pro omnibus sit rex Ninive, qui et ipse indutus est sacco, et ut alii idem facerent publicè edixit.*

VERS. 2. — *Ad Isaiam prophetam filium Amos. Isaias c. 37: Ad Isaiam filium Amos prophetam. Hieronymus apud Isaiam transtulisse videtur Prophetæ, quod nomen pertinere magis putat ad Amos Isaiæ parentem, quàm ad Isaiam, ubi observandam dicit Isaiæ modestiam, qui eam de se scribat, prophetæ nomen silet, cùm 4 Reg. 19, quando ab alio hæc eadem historia textitur, vocetur prophetæ, et adducit exem-*

plum Matthæi, plantæ des vignes et mangez en le fruit.

30. Et tout ce qui restera de la maison de Juda jettera ses racines en bas et poussera son fruit en haut.

31. Car il sortira de Jérusalem le reste du peuple et ceux qui seront sauvés de la montagne de Sion. C'est ce que fera le zèle du Seigneur des armées.

32. C'est pourquoi voici ce que le Seigneur a dit du roi des Assyriens: Il n'entrera point dans cette ville, il n'y jettera aucune flèche; elle ne sera point forcée par les boucliers des siens, ni environnée de retranchemens et de terrasses:

33. Il retournera par le même chemin par lequel il est venu, et il n'entrera point dans cette ville, dit le Seigneur.

34. Je protégerai cette ville, et je la sauverai à cause de moi et à cause de mon serviteur David.

35. Cette même nuit l'ange du Seigneur vint dans le camp des Assyriens, et y tua cent quatre-vingt-cinq mille hommes. Et Sennacherib, roi des Assyriens, s'étant levé au point du jour, vit tous ces corps morts, et il s'en retourna aussitôt.

36. Il se retira en son pays, et demeura à Ninive;

37. Et lorsqu'il adorait Nesroch, son dieu, dans son temple, ses fils Adramelech et Sarasar le tuèrent à coups d'épée, et s'enfuirent en Arménie; et Asarhaddon, son fils, régna en sa place.

#### COMMENTARIUM.

plum Matthæi, qui cùm de se loquitur c. 6, publicanum se nominat, alii verò Evangelistæ magis de illo honestè loquuntur. Sed quid dicendum sit de patre Isaiæ, in præmio ostendimus libri Isaiæ, ubi negativus prophetam esse Isaiæ patrem. Neque hic locus contrarium suadet, quia, ut habemus in Bibliis à Sixto correctis, *Propheta* in tertio casu est, non in secundo; quare ad Isaiam, non ad Amos referendum est.

VERS. 3. — *DIES TRIBULATIONIS, ET INCREPATIONIS, ET BLASPHEMIAE. Hæc Hieronymus in Commentariis super Isaiam optimè paritit: tribulationem accommodat populo, cui ab Assyriis grave videtur impendere infortunium; correptionem Deo, qui id agit incusso metu, aut inflictâ plagâ, ut populus ad meliorem mentem redeat; blasphemiam Sennacherib, qui se quidvis posse superbè jactat, atque esse*

à Deo frustra sperandum auxilium; quibus verbis satis elucet regis optimi pietas. Primum, quia agnoscit quicquid malorum est, id à Deo propter peccata inflictum esse populo, ut sanet, non ut perdat, non ut evertat, sed ut corripiat. Deinde quia tertio, id est, summo loco ponit Rabsacis blasphemiam, quasi id agrius ferat quàm aliud quod suum est aut populi damnum.

VENERUNT FILII USQUE AD PARTUM, ET VIRES NON HABET PARTURIENS. Descriptio est vehementissimi doloris, quem in Scripturâ sæpè significat dolor parturientis, aut dolor partus, et summi periculi, aut vitæ desperatæ: quod tunc proximè imminet, quando in difficili partu languida est, aut exanimata puerpera, quæque eniti non possit, quem in utero gestat foetum. Pro partu Hebr. est *masher*, id est, ruptura, seu fractura, nempe os vulvæ, quod cùm angustum sit, à foetu dirumpitur. Ubi summus dolor est, et vires tunc, et nixus maxime necessarij parturientibus: seu certè, quia, nascente puero, secundinæ rumpuntur. Eodem genere orationis usus est Ecclesiasticus c. 48, v. 21, cùm de hoc ipso tempore atque periculo ageret. *Tunc, inquit, mota sunt corda et manus ipsorum, et doberunt quasi parturientes.* Videtur hoc autem esse Hebræorum proverbium, quale illud Latinorum: *In acie novacule.* (1)

VERS. 6. — *NOLI TIMERE A FACIE SERMONUM, QUOS ACBISTI. Id est, à sermonibus: nam facies allicijus, idem est quòd aliquis, seu aliquid. Adjungitur enim in illum usum, etiam rebus inanitatibus, ut facies frigoris, facies tempestatis, pro frigore et tempestate. Vide quæ diximus ad illud Isaiæ cap. 25, v. 7: A facie vinculi colligati.*

VERS. 7. — *ECCE EGO MITTAM EI SPIRITUM, ET AUDIET NENTIUM, ET REVERTETUR IN TERRAM SUAM. Antequàm ad Isaiam accederent legati, jam filii, ut dicit Hieronymus super Isaiam, Dominus ostenderat quid esset regi responsurus. Quis verò sit spiritus iste, seu nuntius, quem Dominus dicit missurum se regi Sennacherib, non est admodum explicare promptum. Hieronymus spiritum adversarium putat, quem la-*

VERS. 4. — *FAC ORATIONEM PRO RELIQUIIS, PRO POPULO DOMINI, QUI PRISTINÀ LIBERTATE ADHUC FRUITUR. Assyrii captivos traduxerunt decem tribus: Sennacherib regnum Juda pro majori portione occupat; de stirpe Jacobi quid superest? Denm roga, ut has reliquias servet. Vel potius: Hostis subvertit omnia, vastitatem lætæ et terrorem intulit; nitere apud Deum, ut miseris reliquias conservet. (Calmet.)*

mên non explicat: cui subscribitur alii non pauci, Haymo, Dionysius, Adamas, Forerius super Isaiam, in *spiritu* ventum intelligunt, quo insignis explicatur celeritas, quasi occisimè venturus sit nuntius, qui in alta loca statim ab obsidione abducat Assyrios. Quòd verò *spiritus* sumatur pro velocitate, aut veloci nuntio, sentiunt à Patribus plerique, qui illud Psal. 103: *Qui facit angelos suos spiritus*, sic accipiunt, ut Deus angelos faciat ventos, quia celeriter omnia permeant: id est, ventorum similes. Lyra commotionem seu perturbationem mentis esse putat. Ego duo hic diversa proponi existimo: alterum in *spiritu*, alterum in *nuntio*, ut ipsa littera præ se fert non obscurè, quod ut magis explicem, aliqua priùs observanda.

Primum vocari ex usu Scripturæ *spiritum* quemcumque motum, impulsum, affectionem animi, cogitationem, suspensionem, metum, et similia, ut pluribus ostendimus ad illud Isaiæ c. 41: *Et requiescet super eam spiritus Domini.* Deinde solere Deum immisso *spiritu*, id est, aliquo affectu, aut pulsu, cogitatione aut metu, cujus causam aut auctorem homines ignorant, deterere vires et audaciam. De audaciâ atque animositate unus Samson exemplo nobis esse potest, in quem toties contra Phillisthæos irruit spiritus Domini. De metu et consternatione animi plura sunt et nobilissima exempla. Gen. 35 consulit Deus incolamitatam Jacob incusso multis civitatibus metu: *Cùmque profecti essent, terror Dei invasit omnes per circuitum civitatis, et non sunt ausi persequi recedentes.* Et Exod. 25, et Dent. 7, metum item incussit Chananæis ne audent Israelitis resistere: et in obsidione Samariæ, sonitu quasi equestrum et currum perturbavit Syros, et spoliatis suis ornamentis in fugam verit, 4 Reg. 7. Et quidem talem minatur Dominus pavorem populo suo, si minus fuerit legis obsequens, Lev. 26: *Fugietis, nemine persequente.* Hi terrores à prophetis dicuntur *panici*. Hujus generis plurima sunt exempla. Sed notandum valdè familiare quoddam exemplum, et ordinarium in populo Dei. Nam cùm infensus haberet finitimas gentes, domiandæ avidas et naturâ pugnaces, eo tempore quo filii Israel juxta legem adoraturi ad templum accedebant, quod faciebant ter singulis annis, cum spiritu, seu cogitationem allabat Dominus vicinis populis, ut cùm scirent Hebræorum civitates virorum nudatas esse prasidio, solimque







succedi altitudinem Ceari ejus, et yulchritudinem capressi, et intravi in altitudinem partis sylvae.

VERS. 24. — *ET BIBI AQVAS ALIENAS, ET SICCAVI VESTIGIA PEDUM MEORUM OMNES AQVAS CLAUSAS.* Isaias c. 37, v. 25: *Omnes rivus aggerum.* Sed est omnino sensus idem. Nam aquae aliene et clausae illae sunt quae dominos habent proprios, qui suis sumptibus communes alioquin aquas extractis aggeribus, seu cisternis collegerunt. Significat ergo Sennacherib à copioso exercitu siccatas esse aquas, nempe collectas, quae ab Israelitis in cisternis de more servabantur. Quae ideò vocantur alienae, quia quini cisternam fodit aut alio quovis modo communem aquam collegit, illius aequae dominus est, quae in lacum, vel cisternam influxerit. Quare filii Israel pretio sibi aquas emebant à Chananeis, quia cisternarum aquae non erant communes, sicut fluviorum et fontium. Quocirca Deus Deut. 2 sic ad filios Israel: *Cibus emetis ab eis pecuniam, et comedetis aquam emptam haurietis, et bibetis.* et Num. 20: *Si biberimus aquas tuas, nos et pecora nostra, dabimus quod justum est; nulla erit in pretio difficultas.* Hinc Nabal 1 Reg. 15, v. 11: *Tollam ergo panes meos, et aquas meas, et dabo viris, quos nescio unde sint?* Has aquas pluviales atque conclusas puto vocari *rivos aggerum*, id est, aquas in extracto aggero collectas; vocatur autem aqua illa, *rivus*, aut quia rivus eò influxerat et cisternas impleverat; aut quia in angusti valle objecto aggero represus, quod in locis arenatis frequens est. Cum ergo defecissent aquae, aut quae in cisternis, ex imbre conclusae, aut quae in vallibus molis et aggeris oppositae collectae, aut etiam fontanae; quia fortassis populi à quibus ad aquas ascensus credebatur Assyrius, capita fontium obturaverant, aut ex eis alveis alio deluxerant, sicut fecisse dicitur Ezechias 2 Par. c. 25, de aqua castris alio modo providit. Nam cum militibus abundaret, in locis opportunis facile effodiebat puteos, unde aquam ad satietatem hauriret. Quod fieri debere docet Vegetius l. 4, c. 10; quod fecisse Caesar dicitur in bello Alexandrino, ut tradit Hirtius, ac Scipio, ut Appianus de Bello Hispanico, qui eo consilio laborantem siti exercitum recesserunt.

Si verò hic *rivi aggerum*, aquam fluentem et fontanam significent, ut putat Hieronymus, aliquid apud Isaiam additur ad ea quae lib. 4 Regum traduntur, neque id historicæ fidei quicquam incommodat, cum nihil neget, sed aliquid addat quod ibi præmissum est, cum ibi tantum agatur de aquâ conclusâ, puta in

cisternis, ut diximus, aut in angustiis vallibus objecto aggero, quae stagnum communiter vocatur. Neque est improbabile Assyrium exercitum vestigio suo siccaße rivus, id est, ubicumque vestigium poneret, cum Xerxes exercitum in Graeciam traducens lumina sicaverit. Sic Herodotus l. 7, Justinus l. 2, de quo Juvenalis, satyrâ 10:

*Crédimus altos*

*Defecisse amnes, epotaque flumina Medo*  
*Prudente.*

VERS. 25. — *NUMQUID NON AUDISTI QUID AB INITIO FECERIM? EX DIEBUS ANTIQVIS PSALMISTI ILLED, ET NUNC ADDUXI (1). Hunc locum satis expressit Isaias, cum de Sennacherib cap. 10 loqueretur, ubi cum de Sennacherib similia verba non historicè, sed prophetiè retulisset, addidit: *Et erit cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, et in Jerusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, et super gloriam altitudinis oculorum ejus: dixit enim: In fortitudine manû meâ feci, etc.* Ac si dicat: Ego inducam in Israeliticos fines regem Assyriorum, ut eo tanquam flagello percuterem populum castigem, sed ubi pervenerit ille ad*

(1) C'est le Seigneur qui oppose les paroles très-véritables d'un Dieu tout-puissant aux paroles insolentes d'un prince impie, et qui confond ses blasphèmes par la force de sa vérité. Car saint Jérôme témoigne que c'est comme si Dieu disait à ce prince: ignorez-vous que c'est par ma volonté que vous avez fait toutes les choses que vous avez faites; et que j'ai prédit qu'elles devaient arriver, et que c'est moi qui ai ordonné qu'elles seraient accomplies par vous? Ainsi ce que j'avais résolu dans les temps passés, s'est exécuté dans le temps présent, qui est que les collines, c'est-à-dire, les princes qui se combattaient auparavant les uns les autres, et les villes très-fortifiées ont été saisies de frayeur, et détruites dans l'instant que j'ai retiré ma main qui les soutenait, et refusé l'assistance que je leur donnais. J'ai prévu et votre sortie et votre entrée, et j'ai prédit par la bouche des prophètes l'extravagance avec laquelle vous deviez vous élever et vous emporter contre moi. C'est pourquoi votre fureur et votre orgueil étant monté jusqu'à mes oreilles, je ne le souffrirai pas davantage, et je vous ferai connaître que le pouvoir que vous avez eu jusqu'à présent, ne venait point de vous-même, mais qu'il était un effet de ma volonté, et que je me servais seulement de vous, ainsi que d'un fer tranchant, pour couper et pour abattre des peuples impies, comme des arbres stériles qui méritaient d'être traités de la sorte. *Je vous mettrai un cercle au nez, et un mors en la bouche, pour empêcher de proférer davantage des blasphèmes, pour dompter votre fierté, et vous obliger de retourner en Assyrie.* (Sacy.)

Jerusalem, ibi eum propter superbiam et insaniam opprimam. Vide quae ibi diximus, et in hanc sententiam hunc locum explicat Hieronymus et Abulensis supra, q. 18, Vatablus et Lyra. Sic autem Hieronymus: *Nunc ignoras (Sennacherib) quid haec, quae fecisti, meâ feceris voluntate, et ego haec futura praedixerim, ac per te facienda mandaverim. Itaque quod olim decrevi, hoc impletum est tempore.* Decevit autem, aut potius praedixit cap. 10, ab illis verbis: *Assur, virga furoris mei.*

ET NUNC ADDUXI, ERUNTQUE IN RUINAM COLLIUM PUGNANTIUM CIVITATES MUNITAE. Apud Isaiam cap. 37: *Factum est in eradicationem collium compugnantium, et civitatum munitarum.* Idem sensus utrobique obscurus, talem autem opinor: id quod ante fieri decreveram, et quasi ejus imaginem et exemplar plasmaveram ac finxeram, sicut statuarius ex argilla fingit prius formam, ad ejus similitudinem ex nobiliori materia simulacrum excudat; sic ego quod antea finxeram cogitatione, et obscure per meum prophetam significaram, in hoc tempus contuli: nempe ut colles stermeret, et civitates subverteret munitas, quae contra me pugnant, id est, quae me offendunt, quas per te quasi per flagellum corrigere decrevi. Hieronymus et glossa per *colles* principes intelligit, qui inter se animo dissidebant hostili. Ego non inepte expositurus mihi videbar, si per *colles compugnantes et civitates munitas*, idem significari crederem; nam civitates illae munitae plerumque in collibus sitae erant, quas ipsa muniebat loci natura; *compugnantes* verò dicuntur, quia facile pugnare possunt è superiori loco, et hostiles impetus non solum sustinere, sed etiam frangere. Hâc facit quod 4 Reg. *pugnantes* dicuntur in Bibliis à Sixto correctis, non *compugnantes*. Septuaginta: *Ut vastarem gentes, in munitioribus, et habitantes in civitatibus munitis.* Neque Sennacherib, ad ejus insolentes spiritus respondent haec verba, de aliis civitatibus à se expugnatis gloriabatur, nisi de his quae essent in montium fastigiis, et quae non nisi à prestante virtute debellari poterant. Porrò civitates munitas captas fuisse à Sennacherib, habemus Isaiæ c. 36, v. 1: *Ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes civitates Juda munitas, et cepit eas.*

VERS. 26. — *ET QUI SEDENT IN EIS, HUMILES MANU CONTRAHENT.* Apud Isaiam cap. 37: *Habitatores eorum breviant manu contrahent.* Reddit rationem Dominus cur civitatum mu-

nitatum, et pugnantium collium habitatores tam facile expugnari poterint, quia manus breviate fuit. Quidam de Dei manu haec accipiunt, quae abbreviata atque contracta fuit in populos illos, quos per Assyrios castigare decreverat. Quare cum Assyriorum manu confortaret, in quibus posuerat ultricem virgam, manum autem suam contraheret ab auxiliand. Israelitis, imò illorum debilitaret manus, atque dissolveret nervos, quid mirum si tam levi, ac penè nullo debellati fuerint negotio? Sed puto haec magis esse referenda ad Judaeorum manus, quae abbreviata, id est, contracta dicuntur, quia parùm contra Assyriorum impressionem strenua. Quod mihi persuadeo, quia hoc loco, ubi eadem sunt omnino verba in textu Hebraico, sic reddidit interpres: *Et qui sedent in eis, humiles manu contraherunt.* Hebr. est, *hifre iad*, quae ad verbum valent, *brevēs*, seu *abbreviatus manu*, id est, habentes manum abbreviatam. Sed quocumque referas, idem semper est sensus. Nam si Judaei ab Assyriis expugnati sunt, et è suis sedibus pulsi, si manus habuerunt dissolutas et debiles, ideò accidit, quia Deus illis virtutem et adauciam ad resistendum negavit, quam ad obsidionem usque Jerusalem Assyriis suae indignationis administris copiosam impertitus est.

FACTI SUNT VELUT FOENUM AGRÏ, ET VIRENS HERBA TECTORUM. Hâc similitudine satis explicatur hominum infirmitas, quos divinus deserit favor, quia herba ista dum immatura sunt et virides, facile vel à sole exuruntur, vel marcescunt à gelu, vel calcata pedibus, vel à pecore carulae deflorescunt et pereunt. Quare Deus dum hominum imbecillitatem extenuat, his utitur similitudinibus Isai. c. 40: *Omnis caro foenum.* Vide ibi plura. Psal. 89: *Mare sicut herba transeat, mare floreat et transeat, vespere induret et areseat.* Pro re morali observa civitatum munitioribus, et colles praeraltos et pugnaces, si Deus offensus sit, manumque ab auxiliando contrahat, vertit in foeni et herbae tectorum fulgentiam, et herbae adhuc immatura mollietiam; quae facile uruntur, et vaneſcunt, et in gramen pascae, quod omnium pecorum auge armentorum dentibus propositum est.

VERS. 27. — *HABITACULUM TUUM, ET EGRESSEM TUAM, ET INTROITUM TUUM, ET VIAM TUAM EGO PRESCIVI.* Isidem penè verbis Isaias c. 37. Per haec tria omnia significantur, quae fieri ab hominibus possunt. De ingressu atque exitu,



quibus omnia hominum facta atque consilia comprehenduntur, res est adeo certa, ut penè abierit Hebraeis in proverbium. Num. 27 de Josue: *Ad verbum ejus ingredietur, et egredietur*, id est, nihil faciet ex Moysis imperio. 2 Paralip. 1: *Benedictus eris ingrediens, et egrediens*, et Psal. 120: *Dominus custodiât introitum tuum, et exitum tuum*, Hispanus: *Todo aquello en que pusses mano*. Habitatio hic aliquid addit ad superiora, idque non leve: nam præter exitum et introitum, aliquid aliud spectatur in homine, nempe habitatio et quies, quæ longè ab ingressu, atque exitu sunt, in quibus quies nullo modo reperitur. Ait ergo Dominus nihil sibi esse non exploratum, quod molitus fuerit Sennacherib; sive cum seipsum, et castra aliquò moveret extra propriam sedem, sive cum in regno suo, aut in debellatis aliorum finibus quiesceret. Eodem loquendi genere usus est David Psal. 138: *Tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam; aut stare meum, et surgere meum; id est, omnia opera mea*. Quod *resurrectio* in Psalmo, id est, *egressus et introitus* in Isaiâ, id quod ibi *sessio*, idem hic est *habitatio*; et utroque loco Hebr. est *isab*, quod *stare* atque *sedere* valet.

VERS. 28. — PONAM ITAQUE CIRCULUM IN NARIBUS TUIS, ET CAMEM IN LABIIS TUIS. Dignum sanè supplicium insolentis animi, ut qui se supra homines esse putat, ad muti atque ignobilis bruti similitudinem abiciatur. Adduxerat Dominus Sennacherib, juxta ea quæ supra dicta sunt à nobis, in terram Israel cum instructu regio gloriose triumphantem: nunc verò idem, qui adduxerat, aut potius triumphantis in modum traduxerat Deus, minatur eundem à se reductum iri ignobilem, abjectum, non solum ornamentis, sed etiam castris nudatum, in terram unde venerat, non secus ac bubalus ad aratrum trahitur alixo naribus æneo circulo, ut ferebat illius ætatis atque regionis consuetudo, aut sarcinas asinus, aut mulus inserto hano.

Hic ego aliquid magis occultum videor odorari, quod curioso lectori indicabo breviter potius quam persuadebo. Objectum nuper fuerat Assyrio, quòd subsannasset virginem filiam Sion; subsannatio verò fit, aut distorto ore, et exercià linguâ instar canis, et naso rugato et adunco. De linguâ atque ore Persius Satyr. 4, ubi cum ageret de sannarum generibus, ait:

*Nec linguæ quantum sinit canis Appula.*

De naso rugato atque adunco, nihil est

quod dicam, cum jam *naso* proverbialis species pro irrisione sumatur, et nemo nesciat quid sit apud poetas, *naso quemquam suspendere*. In subsannatione verò illâ superbi regis verisimile est cum moveret caput, quod paulò ante fecisse dicitur, vibrasse quoque nasum contumeliosè, et os distortisse; ac linguam exeruisse petulanter. Punit ergo Dominus sannas illas supplicio maximè ad regis contumeliam attemperato: naso enim infliget hamum, seu circulum; ori verò frenum injiciet, ne pars quæ Assyriæ arrogantia servierat, maneret impunita.

ET REDUCAM TE IN VIAM PER QUAM VENISTI. Proverbialis species apparet in his verbis, quæ significatur irritus alicujus consatus, qui tam est longè, ut quicquam promoveat, ut potius retrò redeat malè mulcatus. Idem statim repetitur v. 33: *In viâ, quâ venit, per eam revertetur*. Simili adagio utitur Hispanus, qui cum significat aliquem, re infectâ, redisse, ait *volioso por do viño*.

VERS. 29. — TIBI AUTEM, EZECHIA, HOC ERIT SIGNUM: COMEDE HOC ANNO QUÆ REPERERIS, IN SECUNDO AUTEM ANNO, QUÆ SPONTE NASCUNTUR: PORRO IN TERTIO ANNO SEMINATE ET METITE. Apud Isai. c. 37, paulò aliter: *Comede hoc anno, quæ spontè nascuntur, et in anno secundo pomis vescere, in anno autem tertio seminate et metite*. De duorum locorum conciliatione statim, nunc primum de translatione quæ est apud Isai. c. 37. Converterit propheta sermonem ad Ezechiam, tempusque definit, quo ad antiquam tranquillitatem populus reversurus sit, id est, post duos annos, ut Hieron. et alii censent. Est autem verisimile regem Assyrium obsedis regiones proximas Jerusalem, in ejusque agris excursionem fecisse prædandi gratiâ, et arborum fructus, si qui erant usui non immaturi, decerpisse eo tempore quo adhuc mensis erat in herbâ, solvisseque obsidionem repentino nuntio de Æthiopia adventu, conculcatis jam frugibus: ita ut nulli, aut exigui preventus ex eo satù sperari poterint. Ait igitur Dominus ut eo anno Solymitanicæ condant quod in agro reliquum fuerit è frugibus ab Assyriorum strage. Hoc verò spontè nasci dicitur, et si priùs à Judæis seminatum, quia perinde id habebatur post Assyriorum oppellsum, ac si nihil eo anno factum esset seminis. Nam quod hostes aut latrones non absterlerunt, in beneficio ponimus, perinde atque si spontè, nullo nostro labore ac merito nobis esset oblatum, Deinde quia rediturus erat

Sennacherib anno sequenti ab expeditione Æthiopiâ, et populaturus quiddam satum esset à civibus, monet ne eo anno seminis fiat, sed vescatur pomis. Cum autem anno eodem extinguenda sit Assyriorum potentia, neque ab illis deinceps aliquid inferendum mali, jubet ut deinde alacres et securi seminent, terræque preventibus quàm velint copiosè et sine metu fruantur.

Hæc juxta translationem, quam apud Isaiam adhibuit Hier., quam sumpsit ex Symmacho. Septuaginta aliter vertunt: *Comede hoc anno quæ non seminasti, et anno secundo reliquias, tertio verò seminantes metite*. Quam versionem non improbat Hieronymus, juxta quam hic est sensus: Hoc anno comede, quod ex superioris anni proventus reconditum est; secundo anno, quæ ultrò terra fundit; tertio verò jam hoste metuque sublato, seminare et plantare tutò licebit. Quam explicationem sequitur Vatablus: et in suâ translatione indicat Foreirus, imò et Hieronymo non displicet hoc in loco, quem nunc commentatione illustrare contendimus, cujus translatio, quam nuper adduximus, in hunc sensum non difficilè trahitur. Et quidem Hebraicus textus utroque loco idem est, unò tantùm voce paululùm immutatâ: sed in translationibus nonnulla diversitas, non tamen illarum diversa sententia. Nam apud Isaiam c. 37 est: *Comede hoc anno quæ spontè nascuntur, et in anno secundo pomis vescere*. At hoc loco, *comede hoc anno, quæ repereris, secundo autem anno, quæ spontè nascuntur*. Hæc igitur, quæ videntur esse diversa, nos inter se componere et conciliare tentemus.

Pro his quæ spontè nascuntur, Hebr. est *saphiach*, quæ vox significat id quod sine ullâ operâ, aut industriâ hominum nascitur, seu spontè fundit terra, sive quod ex relictis anni superioris granis in agro nascitur. Sed est mihi verisimile hoc loco *saphiach* esse, quod ex radicibus demessæ aut conculcæ segetis pululul, quod Hispanus vocat *retorno*, aut *remozor*, quod mihi suadet vocis significatio, quia *saphaph*, congregare est, *saphiach*, id quod aggregatur. Aggregari verò dicitur, quod non quasitum ad laborem agricolarum accedit: sed maximè id probatur ex c. 26, vers. 85 Levit. ubi sabbatismus, id est, requies indicitur agris à Deo, ut neque *saphiach* meti possit, quia jam Deus quod satis esset in usum duorum annorum providerat. Pro *saphiach* verò Vulgatus reddidit, *quæ spontè gignit humus*, et iterùm vers. 11, *spontè in agro nascent*

At quis credat prohibitam esse messem illorum quæ reposita essent in horreis anno superiori, quod nonnulli censent? Hæc verò opimè vocari possunt vel *spontè nascentia*, ut dicitur hic, vel *quæ repereris*, ut à 4 Regum, quia illa quæ eo modo pulululat, ex eo quod conculcatum, aut excussum, aut demessum est, sine ullâ agricolarum novâ industriâ reperta casu, aut oblata gratis videri possunt. Hoc autem loco credo, *spontè nata* dici, quæ ex radicibus conculcæ segetis erumpunt, non quæ ex relictis granis orta, ut putabat S. Thomas et Lyra; nam si plena jam erant et matura grana, qualia in messe sunt, nihil ex illis nasci poterat, quod usui esse posset in illum primum annum, quia in asiate, in quâ messis frumentaria plerumque fit, et plenæ sunt spicæ, et grana matura, non potest renascentibus frugibus maturitas esse tempestiva in illum annum. Secus est si segetis, modò sit in herbâ, radix maneat; quocumque enim tempore, si adsit benignior cœli clementia, ex illa novi oriuntur culmi, et fructus interdum colliguntur uberes et pleni: imò nonnunquam in solo pingui primos atque illasos segetum proventus equare solent. Quare confirmat Dominus Ezechiam, qui tinere poterat, ne depasit ac populatis agris ab Assyrio, populus laboraret fame, et ait, satis ad usum illius anni fore frumenti ex frugibus ex desperatâ messe spontè nascentibus, quod signum esse vult eorum, quæ in alios deinde annos Assyriis minatur.

Pro eo quod hoc loco Vulgatus vertit, *quæ spontè nascuntur*, et apud Isaiam *pomis vescere*, Hebr. est hic שחית, illic שחית *sachis*, ubi facta est metathesis, seu transpositio litterarum, quæ sine ullâ significationis varietate in aliis quoque dictionibus apud Hebraeos reperitur. שחית *ceseb agnus est*; et alterâ transmutatâ litterâ כשח *cebes* significatio manet eadem. שחית *simlah*, *vestis est*, item שחית *simlah*, quod idem omninò in hæc voce שחית *sachis*, dicendum est. Hanc vocem Rabbi David, et Pagninus ex ejus sententiâ, putant significare id quod ex radice germinat. Et quidem Pagninus sic exponit: *Primo anno vesceris eo quod ex radice pulululat; secundo eo quod ex gravis ortum est*. Quare etiamsi seminato nulla sit, non tamen populo in duos annos frumentum deerit, quibus res frumentaria futura videbatur angustior.

Sed puto vocem illam *sachis* aliquid significare amplius, id nempe quod nascitur ex eo



quod eo anno satum non est, sed ex radice antiqua, aut ex labore alterius anni, qualis est arborum fructus, qui provenit à plantâ longè ante illud tempus satâ, aut sine novo cultu, aut operâ ex granis, aut herbarum radicibus prius relictis. Quare optimè Vulgatus apud Isaiam per synedochem *poma* adhibuit pro his quæ ex antiquâ radice suo nutu proveniunt; à tamen Reg. propriè atque universalis pro his quæ quoquomodò spontè nascuntur. Quod aliis locis in variis dictionibus feci Vulgatus, quando vox Hebraica ejusmodi est, ut totam ejus latitudinem assequi non possit una vox Latina. Tunc enim diversis in locis variè ab interprete redditur. Exempla sunt plurima; accipe nunc duo: vox *פירות* *firos*, quæ id significat quod ab aliquo exprimitur, modò à Vulgato per *oleum*, modò per *vinum* redditur, modò per utrumque, ut Psal. 4: *A fructu frumenti, vini et olei sui*. Et *נשפוח*, quod guttatum significat, id est, illud quod gemmis guttatum instar micantibus splendet, Hieronymus Isaiæ cap. 5, duobus nominibus expressit, *torquidum et montibus*. Sic quia Vulgatus totam latitudinem vocis *sachis* uno non poterat, duobus nominibus Latinis expressit.

Antequàm hinc emigro, addam quod Lira hic censet ex sententiâ Rabbi Salomonis. Ait enim Assyrios conculescisse segetes, et arbores excidisse, ita ut nullus jam ex illis fructus sperari potuerit; fecisse tamen Deum, ut neque segetes essent sine spiciis, neque arbores, sine pomis. Nam primo anno ex his quæ concultate ac penè emortuæ segetes produxerunt, victitavit populus; secundo anno ex pomis, quæ ex arboribus ab hoste succisissis proveniunt. Quæ duo, quæ proximè expertus est Ezechias, signum esse voluit Deus eorum quæ de libertate civitatis et fugâ Sennacherib ante promiserat, quod sanè minùs quàm solet abs re configit hîc negatur Rabbi Salomon.

VERS. 30.— QUODCUMQUE RELIQUUM FUERIT DE DOMO JUDA, MITTET RADICEM DEORSUM. Solatur jam Ezechiam et Solymanos cives alio nomine, qui merere ac conturbari jure optimo poterant, eùm civitates Juda afflictas, spoliatas ænamentis, et orbatas civibus viderent. Ait ergo illos, qui de domo Juda reliqui fuerint, usque adeò strenuos ac felices futuros, ut collapsa erigere, ruinosa instaurare, rem denique Judaicam variè concussam ad antiquum splendorem revocare possint. Quod optimè et proverbial, ut reor, similitudine declarat, in quâ Hebraorum more compara-

tionis nota prætermittitur. Erant, inquit, reliquæ Jerusalem adeò felices, ut crescant roborenturque non aliter atque plantæ, quæ istas radices deorsum agunt, et sublines sursum ramos expandunt. Hæ autem plantæ communiter fructuosæ sunt, et aliis dixæ radicibus facillè ventis et temporis injuriis resistunt. Secùs est aliis plantis, quibus horum utrumlibet defuerit: nam si radices non agunt altas, quantumvis sursum se sublines attollant, neque fortès sunt, neque diuturnæ, ut ex quorundam sententiâ docet Plinius lib. 16, c. 31, qui docent brevitate radicem arborum celerius consensescere, quæ propter eandem causam, si ventus violentior ingruerit, facillè evelluntur. Contra accidit his arboribus, quæ altis radicibus terram amplexæ sunt, ut de æsculo docet Plinius supra, et Virgilius 2 Georgic. :

*Quæ quantum vertice ad auras  
Æthereas, tantum radice ad tartara tendit.  
Ergo non hyemes illam, non flabra, nec imbræ,  
Convellunt.*

Neque satis est ad felicem arborem, ut profundis nitatur radicibus, si aut parùm extet à terrâ, ut frutex, rubus, genista, aut infirmo si caudice, ut carex, aut arundo, quæ neque speciem habent, neque commoditatem fructuum aut materie ad constituendam novam, et falcendam antiquam et ruinosam domum. Est autem elegans descriptio plantæ nobilis, et optima metaphora, quâ felix hominum successus, et optima fortuna significatur.

VERS. 31.— DE JERUSALEM QUIPPE EGREDIETUR RELIQUA, ET QUOD SALVETUR DE MONTE SION. Jam explicat quidnam sit reliquum illud, quod radices ager et ramos extendet. Sunt autem, qui eùm Ezechia fuerunt in Jerusalem, quos tenuit, non tamen debilitavit Sennacherib; illi ergo egressi ex urbe constituerunt quæ ab hoste concussa fuerant, atque convulsa aliis in locis, integraruntque ea quibus ille bellorum motus plurimùm abstulerat. Aliqui hæc ad Evangelium referunt, salutemque gentibus per Apostolos allatam qui ex Sion egressi omnem terram pervagati sunt. Typicè fateor, at historicè sicut reliqua omnia existimo, cum aliis communiter de statu rerum Judæarum esse intelligenda.

NON INGREDIETUR URBEM HANC, NEC MITTET IN EAM SAGITTAM. Hinc constat statim atque exprimitur quædam civitatem obsideret et ageres excitaret, accidisse ab angelo stragem illam, quæ Assy-

riorum vires attrivit. An verò juxta Jerusalem, aut alio in loco clades illa contigerit, docuimus ad illud Isaiæ cap. 50: *Præparata est ab heri Topheth*, ubi diximus accidisse propè Jerusalem in valle Josaphat. (1)

(1) VERS. 32.—NON INGREDIETUR URBEM HANC, NEC MITTET IN EAM SAGITTAM, NEC OCCUPABIT EAM EXCEPIS. Reddi potest Hebræus: *Non veniet ad urbem hanc, nec mittet sagittas suas; non jaciet sagittas suas in propugnatores, è superioribus montibus prædantes; denique miles clypeo armatus testudinem non faciet, ut propè ad urgenda monia accedat. Annavertere licuit hoc in superioribus, Sennacheribum Hierosolymam non venisse; reductas enim Lobna copias duens in Tharacem regem Æthiopiæ, in itinere exercitui suo universo spoliatus est.*

NEC CIRCUMDABIT EAM MUNITIO. Olim in obsidionibus ducto circum vallo clauderantur urbes, sepiebanturque undique sudibus, fossis et aggeribus, ut neque egredi ex urbe, neque ingredi quis possent. Addebantur etiam propè monia aggeres altiores, ubi machinæ locorum, vel sagittarii, ut pulsus è muro propugnatoribus tuitis adinvenerent ad aggressionem scalæ. Hebræum *Solelah* significat, auctoribus Judæis, machinæ ejaculandis lapidibus ac telis, *balistas*; sed præstat explicare de aggeribus, ut jam animadvertimus. Vox *Solelah* usurpari solet de ductu quodam aggeris, seu via altioris. Censet Josephus, Sennacheribum ex Ægypto reducem venisse ad exercitum, quem duebant habescere, castraque locasse ad orientem urbis, quâ parte torrent Cedron fluit. Quæ vulgaris sententiâ est; certumque situatum perlique, exercitum Assyrium eùm Hierosolymam accessisset, perisse angeli exterminatoris gladio, antequàm obsidionem institueret. Distingunt quidam Sennacheribi exercitus duos, alterum quidem ad Hierosolymam, alterum in Tharacam missum. Creditur autem Sennacheribus, vix certior factus de exitu prioris agminis, rediisse cum altero in Assyriam. Hæc tamen non assertoribus, sed argumentis indigent; neque enim Scriptura alicubi hoc indicat, quin et in totâ narratione serie planè contrarium innuit. Exercitus Assyriorum ante Hierosolymam, cuius recepta è traditione memoria superest, ille erat, quem Tharthan, Rabaris et Rabsaces duxerant. Copiæ autem illæ non ad obsidionem Hierosolymæ, sed ad indicendam deditionem, terrendosque cives venerant.

VERS. 33.—PER VIAM, QUÆ VENIT, REVERTETUR. Brevis cogetur Assyriam repetere. Visum est autem Numini vitam huic principi prorogare, ut ultimas suæ testem haberet, et superioribus ille diutè ignominiam suam divinamque justitiæ gravissimum pondus sentiret. Sanè Dominus vitam illi suo tempore ademit: una mors pro merito impium regem non punisset. (Calmè.)

VERS. 34.—PROPTER DAVID. QUÆRES CUR NON DIXIT: PROPTER EZECHIAM ET ISAIAM, QUORUM SINE DUBIO PRECES DEO GRATISSIMÆ EXTITERUNT? OPTIMÈ Glycas 2 parte Annalium, citatus in Glossâ: *«Hæc verba, inquit, ita divinitus prolata sunt, et ne putaret Ezechias orationem suam, justitiæ causâ, quâ præditus erat, exauditam esse.»* (Corn. à Lap.)

VERS. 35.—VENIT ANGELUS DOMINI ET PERCUSSIT IN CASTRIS ASSYRIORUM (4). Hæc acciderunt biennio, aut eo circiter, post istam vacationem, id est, post longam illam moram quam

*Je protégerai cette ville, et je la sauverai à cause de moi et de mon serviteur David.* Ces mêmes paroles sont encore répétées dans le chapitre suivant. Quelques hérétiques les entendent être conservés, non par leurs propres mérites, mais par un effet de la clémence de Dieu, et même en considération de David, leur père. En quoi, dit ce saint, on les faisait souvenir, et de leur extrême lâcheté, et de la justice pleine de foi de ce grand prince, puis que l'amour de Dieu pour la vraie justice était tel qu'il donnait sa protection aux enfants des saints, dans la vue de la sainteté de leurs ancêtres. *In tantum justitiam diligit Deus, ut etiam posteros sanctiorum hominum, non suo merito, sed majorum virtute teneat.* Et saint Hierosôme ne s'explique pas sur ce sujet avec moins de force, lorsqu'il dit: *La bonté de notre Seigneur est infinie; car il accorde souvent le salut d'un grand nombre de personnes en considération de quelques justes.* Mais que dis-je, en considération de quelques justes? Souvent même, lorsqu'il n'a en vue aucun juste dans la vie présente, il veut bien faire miséricorde aux vivants, en considération de la vertu de ceux qui sont morts. Et c'est ainsi qu'il déclare hautement dans son *Écriture: Je protégerai cette ville à cause de moi et de David, mon serviteur.* C'est à dire qu'encore que ses habitants soient indignes d'être sauvés, toutefois la miséricorde n'est tant ordinaire, et me sentant très-porté à traiter les hommes avec indulgence, et à les tirer des maux qu'ils souffrent, j'ai résolu de les protéger, tant à cause de moi-même que de David, mon serviteur. (Sacy.)

(4) «Hérodote, dit Voltaire, parle d'un Sennacherib qui vint porter la guerre sur les frontières de l'Égypte, et qui s'en retourna parce qu'une maladie contagieuse se mit dans son armée; il n'y a rien là que dans l'ordre commun. Que le roi-let de la petite province de Juda s'humilie devant le roi Sennacherib... ce n'est point une chose hors de vraisemblance; mais que le prophète Isaië vienne de la part de Dieu dire à Ezechias que le roi Sennacherib a blasphémé; qu'un ange vienne du haut du ciel frapper et tuer cent quatre-vingt mille hommes d'une armée chaldéenne, et que cette exécution a aussi épouvantable que miraculeuse soit inuite; qu'elle n'empêche point la ruine de Je-



posuit Assyrius in subjungendo Ægypto atque Æthiopia, nempe postquam uno anno comedit populum, quæ sponte nascuntur, et altero vitellavit pomis. Narratur autem hic à propheta ut ostendat quemadmodum fidem haberent, quæ prædicta sunt, sicut paulo ante cum dixisset Domians daturum se spiritum utique timoris Assyriis, et audiendum nuntium, sta-

rusalem, c'est ce qui semblerait justifier l'incrédulité des critiques.

Ne dirait-on pas en lisant ceci que la ruine de Jérusalem fut la suite de la guerre que fit Sennacherib ? Cependant l'invasion de ce roi assyrien, qui est de l'an 715 avant notre ère, a précédé de 127 ans la ruine de Jérusalem, arrivée en l'an 588. Mais on sera bien plus surpris quand on saura que Sennacherib n'a d'attribuer la retraite de Sennacherib à une maladie contagieuse, dont cet historien ne dit pas un mot, la rapporte à une cause miraculeuse, mais infiniment plus singulière et plus incroyable que celle qu'Isaïe lui assigne. Les philosophes de nos jours préfèrent le texte d'Hérodote à celui d'Isaïe, qui était contemporain, à celui des auteurs du quatrième livre des Rois et du second livre des Paralipomènes, qui écrivaient au plus tard dans le siècle suivant. Ces écrivains, en attribuant cet événement, non à des rats, comme Hérodote, mais à un ange exterminateur, n'excluaient pourtant pas les moyens sensibles par lesquels la fuite de Sennacherib put être opérée. Quand Dieu, pour punir la présomption de David alligée Jérusalem et son royaume du fléau de la peste, un ange en fut le ministre invisible. Ceux qui tombèrent sous le glaive redoutable dont il était armé, éprouvèrent l'effet meurtrier des causes secondées que cet ange mettait en action. On en pourrait dire autant de ce qui arriva dans le camp de Sennacherib. La destruction de son armée put être causée par une peste, ou par la foudre, ou par quelque un de ces vents brûlants qui se font quelquefois sentir dans les déserts voisins, ou même par Séthon et les Égyptiens qui parent attaquer les Assyriens à l'improviste ; et de là vient peut-être que ceux-ci en mémoire de cette action érigeaient une statue à Séthon tenant en main une souris, symbole de destruction parmi les Égyptiens, ce qui dans la suite put donner lieu à l'histoire des rats seulement d'Hérodote. Quoi qu'il en soit, non seulement des philosophes, mais toutes les personnes impartiales devraient préférer le récit d'Isaïe à celui d'Hérodote, si des fables débitées par des païens n'avaient pas pour nos sens, aveuglés par leurs préjugés et leur haine pour la religion, des charmes que ne saurait avoir la vérité racontée par des auteurs juifs. Quiconque voudra y réfléchir attentivement, trouvera dans Hérodote le fonds de vérité contenu dans les écrivains sacrés. On y remarque la fuite subite de Sennacherib causée par un miracle qui lui pendant la nuit le trouble et la confusion dans son camp. Le fait est le même, quoique enveloppé chez Hérodote de circonstances fabuleuses, imaginées par les Égyptiens pour attribuer ce miracle à leur roi, prêtre de Vulcain.

(Duclos.)

tim subiecit audivisse nuntium de bello Æthiopiæ apparatu ; et ita statim avertisse exercitum à Judæa. Quo genere mortis perierint Assyrii, diximus super Isaïam cap. 10, ad illud, *subitus gloria ejus*. Vide Abulens. hoc loco q. 29.

Neque hic omitendum puto hanc historiam notam esse gentilibus, quam tamen ipsi, sicut alia pleræque, quæ à sacris scriptoribus accipiuntur, suis implicuerunt nugis, et ridiculis fabellis corrupuerunt. Narrat enim Herodotus in Euterpe ad finem, impium Sennacherib divino auxilio nudatum armis in turpem fugam fuisse conversum, sed fallitur in multis ; primum in loco, quia id in Ægypto evenisse prodicit, et multo magis in cladis acceptæ narratione. Nam quæ Scriptura sacra angelo, et Herodotus miribus violatæ religionis ulioribus adscribit ; et quæ de Ezechia narrat Isaïas, et Herodotus sacerdoti Vulcani, qui apud Ægyptios dominabatur, tribuit. Sed præstat audire ipsum Herodotum : « Cum Sennacherib, Arabum Assyriorumque rex, cum magnis copiis intrasset Ægyptum, tunc memorat sacerdotem consilii inopem in concenaculum se contulisse, ibique apud simulacrum explorasse, quanta pati periclitaretur, eique inter lamentationem obrepsisse somnum, et inter quietem visum astare deum exhortantem nihil ipsum molestiæ passurum, si copias Arabum obviam iret : se enim auxiliorum et missurum. His insomniis fretum sacerdotem sumptis Ægyptiorum his, qui secum vellent, castra in Pelusio posuisse, etc. Et cum pervenissent, noctu effusam ipsis hostibus vim ægestium murium, qui illorum tum pharetras, tum arcus, tum scutorum habenas obderunt, ita ut postera die hostes armis exuti fugam fecerint multis amissis. Eoque rex in templo Vulcani lapideum stat manu murem tenens, atque hæc per literas dicens : In me quis intuens plus esto. » Mihi dubium non est ab verissimâ et gravissimâ historiâ ortam esse hanc levissimam et ridiculam fabulam ; quia hic nihil firmè est, cui non in illo fabuloso commento respondeat aliquid, sed corruptum, ut vides.

ET REVERSUS EST SENNACHERIB REX ASSYRIORUM, ET REMANSIT IN NINIVE; CUMQUE ADORARET IN TEMPO, etc., FILII EUS PERCUSSEUNT EUM. Cur filii percusserint Sennacherib, variâ variis traduntur. Lyra adducit sententiam Rabbi Salomonis, quam non improbat : quod scilicet Sennacherib timens suorum odia, qui

graviter ferebant filios et amicos extinctos, ut eorum placaret animos, aut manus effugeret, promisit deo suo suorum filiorum victimam : quod cum filii fuissent odorati, præverterunt parentis consilia, ipsiusque eadem maturè occupaverunt. Vide Abulens. supra, q. 30. Quamdiu verò vixerit in Ninive ab eâ clade quam divinitus accepit, non constat, sed vixisse aliquos dies non paucos, verisimile est ex c. 1 Tobias, ubi traditur reversum è Judæâ vexasse vehementer Judæos, et eorum plurimos occidisse, ita ut Tobias bonis suis spoliatus à rege cum uxorem aufugerit. Ab hæc autem fugâ post 40 dies Sennacherib dicitur obruncatus à filiis.

Quaritur Abulens. supra, q. 30, cur Sennacherib cum aliis multis non fuerit ab angelo percutus propè Jerusalem ; et rationes afferit varias, quas apud illum vides. Nos cum Hieronymo dicimus ideò fuisse servatum, ut cognosceret potentiam contra quam superbè atque impiè fuerat locutus. Addo ego ut ignominiam subiret fugæ tum in suis, tum in aliorum regnis, quæ victor non multo ante lustraverat, quæ superbo regi multò erat ipsâ morte acerbius. Deinde sicut Pharaon extremis omnium periit, ut sui regni plagas et primogenitorum mortem prius videret, et Sedecia non prius effossi sunt oculi quam filiorum eadem aspexit ; sic neque Assyrio regi vita crepta prius est

#### CAPUT XX.

1. In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem ; et venit ad eum Isaïas filius Amos, propheta, dixitque ei : Hæc dicit Dominus Deus : Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, et non vives.

2. Qui convertit faciem suam ad parietem, et oravit Dominum, dicens :

3. Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto, et quod placitum est coram te fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno.

4. Et antequàm egrediretur Isaïas mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens :

5. Revertere, et dic Ezechia, duci populi mei : Hæc dicit Dominus Deus David patris tui : Audivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas : et ecce sanavi te, die tertio ascendes templum Domini ;

6. Et addam diebus tuis quindecim an-

quàm eadem suorum, quàm regni perturbationem et lacrymas, quàm suorum motus contra se incitatos spectare contigit. Accedit quòd mortem pertulit illatam à filiis ; quo quid acerbius ? Non ergo evasit angeli gladium, ut mortem declinare, sed ut durius atque ignominiosius periret. (1)

(1) VERS. 37. — CUMQUE ADORARET IN TEMPO NESROCH REX SUUM., FILII EUS PERCUSSEUNT EUM GLADIO. Docet Tobias 4, 21, Sennacheribum, ut Niniven rediit, curas omnes convertisse ad læcessendos Israelitas ; sed vix elapsis quadraginta quinque, vel ex Græco, quinquaginta quinque diebus, à filiis interfecto, quos subodoratos fuisse docent Itabini, et cum illis plures, patrem suum de offendentis illis in sacrificium numini coglassè. Deus Nesroch, נֶסְרוֹךְ penitus latet : appellant illum Septuaginta Μεροϋχ, Meserach, sive Ερροϋχ, et Josephus Αρροϋχ, Aradach, quo ille nomine nuncupat templum, ubi Sennacherib cretus est. Apud Hebraeos Tobias à Munster vulgatum, est Dagon.

FUGERUNT IN TERRAM ARMENIORUM. Hebræus : In terram Ararat. Actum est à nobis alibi de montibus Ararat in Armenia, quorum celebre est nomen ex arcâ Noe, quæ verticis illorum insedit. Ea gens bellicosissima habita est, suæque libertatis studiosissima, quam adversus Assyrios et Persas nunquam non defenderunt.

REGNAVIT ASARHADON FILIUS EUS PRO EO. Creditur Adramellechum et Sarasarum ditos fuisse filios Sennacherib, matu majores, ad quos jus hereditatis regni pertinebat ; sed in odium patricidii excludos fuisse. Asarhadon appellatur Sargon in Isaïâ 20, 1, et Achirdon in Tobia, 1, 24, et Assaradim apud Ptolemæum. (Calmet.)

#### CHAPITRE XX.

1. En ce temps-là, Ezechias fut malade jusqu'à la mort ; et le prophète Isaïe, fils d'Amos, vint le trouver, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Mettez ordre à votre maison, car vous ne vivrez pas davantage, mais vous mourrez.

2. Alors Ezechias tourna le visage vers la muraille, et pria le Seigneur, disant :

3. Seigneur, souvenez-vous, je vous prie, de quelle manière j'ai marché devant vous dans la vérité et avec un cœur parfait, et que j'ai fait ce qui vous était agréable. Ezechias versa ensuite une grande abondance de larmes.

4. Et avant qu'Isaïe eût passé la moitié du vestibule, le Seigneur lui parla, disant :

5. Retournez, et dites à Ezechias, chef de mon peuple : Voici ce que dit le Seigneur, Dieu de David, votre père : J'ai entendu votre prière et j'ai vu vos larmes, et voici que je vous ai guéri ; dans trois jours vous irez au temple du Seigneur ;

6. Et j'ajouterai encore quinze années aux